10.

# PrIMItIæ PoetICæ,
# EX fILIaLI reVerentIa DeVotæ
# HonorIbVs *

ILLUSTRISSIMI
DOMINI COMITIS,
DOMINI

# ANDREÆ
# KOHÁRY

De Csábrág, & Szitnya,
Perpetui in Murány, S. C. Regiæque Maje-
ſtatis Camerarii, ejuſdémque Inclyti unius Regiminis
Deſultoriorum Colonelli, necnon Inclyti Comita-
tûs Hontenſis Perpetui Supremi Comitis;
&c. &c.

DOMINI GENITORIS
GRATIOSISSIMI.

*Dum*
*Menſe Majo, Die S. Joanni Nepomuceno*
*Sacra*
Novam Legionem Inclytam feliciter
erigeret.

POSONII, Typis Joannis Pauli Royer.



StrIngIte MVCrones!
SpeCIosa In beLLa Leones!*
Vos pVLChra InVItat gLorIa;
oLIVa CItat.*

# ILLUSTRISSIME DOMINE COMES.

*Mirari hoc facinus Genitor Digniſſime noli:*
*Quòd mea ſint Armis vellera juncta* Tuis.
*Non oleas tantùm, ſed & ipſas ventilat* haſtas
*E cerebro ſummi nata Minerva Jovis.*
*Mucronem pennâ mutat, pennámque mucrone;*
*Et felix bellum Pallas utrinque ciet.*
*Tu quoque, Caſtaliæ me quamvìs Artis alumnū*
*Militiæ ſignis adnumerare cupis.*
*Id licèt haud merear, per* Te Centurio *dicor:*
*Martis & hæredem ſanguinis eſſe jubes.*
*Non animus, non dextra deeſt, neque maſcula virtus;*
*Ætas imbellem, ſi facit, una facit.*
*Hinc eſt: quòd bello nondum ſatis apta videtur,*
*Quæ virides numerat prima Juventa dies.*
*Ergo clientali ludet* Tibi *pagina verſu:*
*Stringere ſi nequeo tela, trophæa canam.*

*Et Tibi victrices lauros, oleámque precabor:*
*Emeritum tandem cingat ùt illa Caput.*
*Sed quia Pieria Tyro ſum vilis in Arte,*
*Auxilium Muſæ mittite, Pindus opem.*
*Quid video? monitæ properant Heliconis Alumnæ;*
*Patris in obſequium tota Corona venit.*
ACCeLerant MVsæ Parnaſsl CoLLe profVsæ;
PræLIa Læta VoVent, IVbILa Certa foVent. *
CaLLIope eXperto renoVat sVa beLLa LaCertô;
QVoD statVIt CLIo, PaLLas aDornat Io. *
InsVper & IVno staDIo prospeCtat ab Vno:
Has VoCat AnDreas In sVa Vota Deas. *

*Ità cecinit*

Artis Poëticæ Tyro

*Obſequioſiſſimus Filius*

Nicolaus Koháry.

H7 1

# ALLUSIO I.

## *Ad conſtantem fidelitatem quâ Familia Kohâryana fertur erga* Auguſtiſſimam Domum Auſtriacam.

UT PaLMas GentIs KohárIanæ
LoqVVntVr gLaDII sangVIne ho-
stILI ebrII, *
SIC fIDeLItateM qVoqVe fortVnata
LoqVetVr AVstrIa. *
Stephan Vs KohárI,
QVI MagnI IVDICIs CVrIæ fVIt Ge-
nItor, *
Vt fIDeM inVIoLatè serVet,
AspersIt CrVore sVo Agros LeVæ.*
AVstrIaCæ GLorIæ perfIDVs,
AtqVe fastVosVs BethLeMIVs *
In sVppetIas VoCat PetrVM KohárI;
AVrô hVnC aggreDItVr, *
PaCtoLI eXponIt spoLIa;
Vt fIDeM eXtorqVeat. *
SeD hoC arIete eXpVgnari neqVIIt
PeCtVs ferreVM. *

QVID IgItVr agIt?
VInCVLIS affLIgI HeroëM IVbet.*
StrInXerVnt hæc peDes,
InVICto non obſVerVnt AnIMo,*
CVIVs VIrtVs
CatenarVM ponDere sternI non potVIt,*
At hæC, VtVt, granDIa, MIretVr nVLLVs:
QVIa PIetas,*
RobVr, obseqVIVM, ReVerentIa,
AtqVe FIDes InConCVssa*
Leones CVM AqVILIs IVnXIt
fœDere perpetVo.*

## *CARMEN FILIALE.*

*De Illuſtriſſimo Domino* Tribuno, *aliàs* Colonello *ad Scutum Gentilitium alludens.*

AVstrIaCæ feLIX AqVILæ DVM
pVgnat honorI,*
SVb taLI aVspICIo DVX Leo
MagnVs erIt.*

*ALIUD.*

# *ALIUD.*

## *Ad Militaria, quæ eriguntur, Signa, & Illuſtriſſimi Domini* Colonelli vulnus *in proximo bello Turcico acceptum alludens.*

Et DVX, & MILes LaVro soCIabItVr
VnI: *
DVX beLLI SIgnIs, VVLnere MILes
oVat. *

# ALLUSIO II.

## *Ad Excellentiſſimum quondam Judicem Curiæ* Stephanum Koháry.

SVbsIste LVna BIstonIa! sVbsIste hostIs!
noVo aDsVM ConsILIo In KohárIos. *
Vt VInCas,
DeXtraM toLLe, qVâ ensIs strIngItVr. *
seD hoC etIaM CaVe;
VbI ferrô neqVeVnt, aVrô pVgnant KohárII. *
Ità fœCVnDo:
Vt EVropaM rIgarI pVtares AVrô hVngarICo. *
EXeMpLo aLIIs eſt
JVDeX CVrIæ *

CVIVs

CVIVs DeXtra eMortVa fVIt,
At LIberaLIs, *
QVæ verè sanCtè proDIga
VIVere feCIt PaVperes InnVMeros. *
SI qVIs CVrIosVs
InDefICIentIs ThesaVri fonteM qVæris?
ResponDere Ipse soLItVs erat breVIter:
Dat DeVs, CVI VVLt. *

# ALLUSIO III.

## *Ad Gentem Koháryanam in communi.*

NVLLVs haCtenVs fVIſse VIsVs eſt
E stIrpe KohárIaDVM, *
CVIVs tanDeM sangVIne
Non rVbVIſset TeLLVs PatrIa. *
TestarI poterIt HVngarIa,
PoterIt & OrbIs DeLICIVM
FeLIX AVstrIa: *
QVàM VICtorIosVs,
FIDeLIs, & gLorIosVs
SIt sangVIs KohárIIs? *
VIVere neqVeVnt absqVe arMIs sVsCeptIs
Pro Deo, Cæſare, & PatrIa; *

ADeò:

ADeò:
Vt à CVnIs traXIſse ferantVr
BeLLonæ spIrItVM. *
PVgnare qVoqVe neſCIVnt, nIsI VInCant,
PerDántqVe hosteM. *
PLVra, etsI granDIora, LVbens taCeo;
QVonIaM eXIgVæ *
VIDerI LaVDes poterVnt,
QVæ ab HæreDe sangVInIs CeLebrantVr.*

# ALLUSIO IV.

## *Ad Ceras Gentilitias, & geminos Illuſtriſſimi Domini Comitis Fratres nuperô bellô Othomanico ab hoſte cæſos.*

Tres habet agnatos Scutum Gentile *Leones*,
Unus at invicto de Tribus Enſe micat.
Nec mirum: cecidêre duo, Tua viſcera, *Fratres*;
Pro Patriis facti victima ſponte focis.
Unum, qui Magno gladium pro *Cæſare* ſtringas,
Propitii faciunt Te ſupereſſe Dii.
Plures, quantumvìs Unus, virtutibus æquas,
Hoſti dum opponis pectora, Caſtra facis.

Eja Comes! meritis concludes bella triumphis,
Et Tua perpetuus tempora cinget honos.

## CARMEN

*De Illuſtriſſimo Domino* Vice-Colonello *Comite* Franciſco Forgács.

QVIs sIs? non qVæro: teſtatVr PagIna RegnI;
SangVIs, qVI PatrIæ Te DeDIt, ILLe DoCet. *
InCLYta qVæ beLLIs CeLebres panDebat oLIVas,
FLos Ipse ILLIVS GentIs es, atqVe DeCVs. *

## CARMEN

*De Illuſtriſſimo Domino* L. B. Adamo Mladotta *ſupremo* Vigiliarum Præfecto.

In LaVros CaroLI seXtI qVI DeVoVet enſeM, *
HaVD paVet eXtIngVI, neC paVet ILLe MorI: *
SIC TV, qVI taLIs StrVCtor LegIonIs es, Vnà
ConteMnIs ferrI spICVLa, teLa neCIs. *

CAR-

# CARMEN.

## *Ad reliquos* Dominos Officiales.

Contra BVfones (a) faVstè pVgnate Leones!
QVI Vos arMabIt, LaVrea sIgna DabIt.*

# CARMEN

## *Ad Inclytam* Legionem.

LeCta Cohors beLLa! LVDVS, TIbI sVnto
DVeLLa!
Te BeLLona regIt, qVæ tVa teLa LegIt.*

# ALLUSIO V.

## *Ad idem bellum Othomanicum, &*
## *Illuſtriſſimum* D. Colonellum.

*Boſphoricus* nuper ſitiit dum fortè Gradivus,
Hungarico refici ſangvine Caſtra jubet.
Atque in Te validi jaculatur grandine
plumbi;
Non potuit, *Dominum* ſternere, ſternit
*eqvum.*



(a) Tres olim Bufones Galliæ fuerunt Inſigne, ùt modò tria Lilia.

Ter ſub Te *Sonipes* cadit ictus glande; ſed Ipſe
Intrepido ſtabas DUX generoſe pede.
Qui Tibi non potuit, mortem dedit ille *Caballis*:
*Bruta* etenim *brutus* prælia Turcus agit.
Adde, quòd Odryſio dominans in Climate Luna
Auſtriaco Soli perfida, cæca fuit.

# *CARMEN*

## *Ad* Legionem *Inclytam.*

### *Ad* Gentilitium Leonem Koháryanum *alludens.*

LeCta Cohors beLLa! fortVnatéqVe DVeLLa!
AVspICe qVIppe Deo VInCet & Iste Leo.*
SI prælt hIC, tVtIs arMâſtI peCtora SCVtIs;
Sors hVIC Certa faVet, beLLa sInIſtra CaVet.

# *ALIUD.*

### *Alludens ad* Gladium Gentilitium.

EffICe fœCVnDas LegIo noVa sangVInIs VnDas:
sIC CeLebrIs fIes, sIC sVperare sCIes.*

Et

Et GLaDIVs GentIs DeXtra beLLante potentIs FVLgVret, atqVe seCet, gaLLICa Caſtra neCet. *

# ALLUSIO VI.

## *Ad* Tempus Paſchale *intrà quod* Legio *Inclyta erigitur*, *&* Leones *Gentiliticis.*

Æternæ fœdus pacis prænunciat *Agnus*:
Spirare Martis fulmina *Leones* amant.
Hic *Violas* inter, vel *Lilia* paſcitur; Illi
Cruore profuſo hoſtium paſci ſolent.
Sic ego luctabar tacitè, Muſíſque loquebar:
*Agno Leones* non bene adjungi ratus.
Audiit hæc Phœbus, confeſtim riſit; & hujus
Novæ Unionis quærere arcanum jubet.
Res meritò concordat, ait: Qui dicitur *Agnus*,
Et *Leo* vocatus de *Tribu Juda* fuit.

# *CARMEN VOTIUM.*
## *Ad Inclytam* Legionem.

CVM LItVIs CLanges, sternentVr VoCe
phaLanges,
QVas Coges fatI teLa CrVenta patI. *
SeD faVstIs pennIs VoLItet TVa, sItqVe
perennIs
GLorIa DIgna soLô, DIgna VIrere
PoLô. *

# *CARMEN*
## *DE SABAUDO.*

sI CVpIas faLLI, CVres ConsortIa GaLLI,
PosthaC VICInas eXperIêre MInas. *

# *CARMEN*
## *DE HISPANO.*

FaLLaX, & Verè passIM VoCItarIs Ibere;
obLItVs paCIs gaLLICa teLa IaCIs. *
InIVstè beLLas, pLVres agIs Ipse proCeLLas;
CathoLICVs sCrIbI ReX taMen optat IbI. *

Hos

Hos tItVLos pLanè fœDat tVa PatrIa Vane,
Est tIbI CVrta fIDes, sI sapIs, Ipse VIDes. *

# *ALIUD*
## *DE EODEM.*

PræDa perennIs erIs, fraCto qVIa fœDere qVærIs
BeLLI non æqVI perfIDa IVra seqVI. *

# *VATICINIA POËTICA.*
## *De Eventu Belli Gallici.*

QVI taCItè GaLLo Vates eX peCtore psaLLo,
OMIne non Vano taLIa LVCra Cano: *
LILIa fLaCCesCent, hostILIa sIgna QVIesCent,
QVæ sI beLLabVnt, DIgna trIbVta DabVnt. *
AC CeLebrI LaVro, qVæ CeDere nesCIet aVro,
CæsarIs ornabVnt Castra, braVIa DabVnt. *

*ALIUD.*

*ALIUD.*

HostILI pLenVs ManabIt sangVIne Rhe-
nVs;
QVæ præDas qVærIt FranCIa, InanIs
erIt.*
Et trIstIs fLebIt RhoDanVs, (a) fLenDó-
qVe VIDebIt
Se PatrIæ / BorbonIæ gratIs VeLa tVLIſse ratIs. *
SeD saLIet bIster, qVI nostrIs proVIDet
Ister;
Et Vehet IgnotIs VeLa seCVnDa notIs. *

*ALIUD.*

GaLLIa DeCresCet, feLICIter AVstrIa
CresCet,
AC sVa VICtrICes CInget OLIVa VICes.*
SIC AqVILæ PVLLI CeDent ab
orIGIne nVLLI,
QVos DVCet notIs gLorIa Certa rotIs.*

(a) Fluvius Galliæ.